



Samuel Col
quinto

1161.

- + +
- 710.) fd. de criminis causa magistris
11.) fd. de damnabilis extra matrimonium cohabitatione
12.) fd. de cede hominis
13.) fd. de incendio vi publica et criminis falso
14.) fd. de criminis reprehendetur p. 11.
15. et 16.) fd. de iudicio criminali
17.) fd. de assessoribus iudiciorum
18.) fd. de procuratoribus et advocatebus iudiciorum Crim.

Hofmann later



DEO ADSPIRANTE TRIUNO:

De

TESTAMENTO PER NUNCUPATIONEM QVA TALEM, FACTO. DISPUTATIO JURIDICA

Quam

Consensu Magnifici JCtorum Ordinis

In illustri Academia ad Albin,

PRÆSIDE,

**NOBILISSIMO, AMPLISSIMO, CONSULTISSIMO
ATQVE EXCELLENTISSIMO,**

VIRO

DN. JOACHIMO NERGERO,

JCto & Antecessore, Professore Pandectarum Publico,

Curiæ Elector. Scabinatus & Facultatis Juridicæ, Ejusque p.t. De-

cano Spectatissimo, nec non Judicij Ducalis, qvod in inferioris,

Lusatia Marchionatu est, Assessore Gravissimo,

DN. PATRONO, FAUTORE AC PRÆCEPTO-

RE SUO IN ÆTERNUM DEVENERANDO;

exhibit

FRIDERICH CHRISTIAN KOLBE,

Golm. Saxo.

AUTOR & RESPONDENS:

Ad d. Septembr.

TYPIS MATTHÆI HENCKELII, ACAD. TYPOGR.

ANNO M. D. C. LXXI.

DEO AGNI SANCTISSIMO
TERSTAMENIO

PER NUNCIPRACIONEM

AVATATIM TELEGO

DESCRIBATE OF THIDICA

DN. IOACHIMUS FERGERO

ICHO & AVOCELLOE, PROLEGO, PRELEGO, PRELEGO, PRELEGO

CHIRATELEGO, CHIRATELEGO, CHIRATELEGO, CHIRATELEGO, CHIRATELEGO



I N. J.

PROOEMIUM.

Vemadmodum hominum , recta
ratione utentium , dum Spiritus adhuc regit
artus , libertati relictum est , voluntates suae
in rebus publicis privatisq; dirigendis ac tra-
ctandis subinde mutare ; modò nemini eo ipso
nouementum aliquod accersant ; ita meritis-
simo suo omnibus juribus concessum fuit , ut morti proximus & ra-
tione non expers ultimam suam condat voluntatem , ac de
bonis suis ordinet , prout æquum , honestumq; visum fue-
rit : Ipsemet Apostolus Paulus Entheo incitatus Spiritu calculum
adjicit ; scribens : quod hominis testamentum ritè ordinatum
haud reprobetur : hocq; simplicitati juris Naturæ , quod hominum
est , maximè convenit : atq; minimum moratores Populi id ipsum
peraq; custodierunt , qvod si in rerum monumenta irefas esset ,
exemplis illustrissimum fieri poterat . Ius Romanum qvòd atti-
net , in hoc testamētorum factio refertissima est , tamq; Romuli
Nepotes prudentissimi summè elucubrati sunt , ultimaq; elogia ipse
adhuc gentilissimo dediti , ut sancta reputarunt , ac ne profanaren-
tur , severiter interdixerunt Legibus : cumq; Divinitus , à Paganorum
superstitione , ad JESU CHRISTI Fidem secessisset Ille
Imperatorum Imperator CONSTANTINUS MAGNUS sta-
tuit quidem Authoritate Legislatoria atq; potestate , ut omne ro-
bur haberent in ultima voluntate relictā ad pias causas facultates :

A

Sed

Sed subnexa etiologia ampliter testificatus est, quod eadem hac non tam flectat se ad substantiam testatoris, quam Ecclesias aliusq; venerabilibus locis benignè subventum fuit, sed unicè pensi habitu, quid cuiusvis, cui testari integrum, supreme mentis declaratio nis tribuendum sit, debeateturq;: cito ipsius Legis l. C. de SS. Ecclesiis: verba; Habeat unusquisq; licentiam sanctissimo Catholico venerabiliq; Concilio dedens, bonorum, quod optaverit, relinque re, & non sint cassa judicia ejus: Nihil enim est, quod magis homi nibus debeatur, quam ut supremæ voluntatis, postquam jam aliud velle non possunt, liber sit filius, & licitum, quod iterum non redit, arbitrium. Ubi Christianissimus Cæsar ultimam hominis voluntatem ad instar Reginae alicujus esse voluit, que imperet quib; vult, & laxè de bonis suis disponat; ne vero nimium quantum orbitam quasi sue Legislationis excedat homo moribundus, legis formâ illud supremum judicium indutum fuit; ut planum omnimodo fiat, MAJESTATIS in Republica esse, modum terminumq; actionibus civium praesigere, ultra quem evagandum non sit. Cum vero actiones quædam parentum ita sint comparata, ut summum vel ipsorum Regnantium mereantur favorem; Ut sunt illæ, qua circa bonorum dispositiones extimæ, occupantur, MAJESTAS illasdem quasi in sua laxitate naturali reliquit: nec absq; rationum momentis, quas d. l. l. C. ostendit, nempe sit loquendi interrupta libertas, & scribendi licentia quasi ex lege, dum ultimò loquimur, scribimusq; inq; illud tempus, ubi voluntatis humanae exercitium amplius nullum erit: as profectò hoc ita ferendum: cum enim, qui à parentum, dominorū, maritorumq; & tandem ab Imperantium, qui singuli quot diebus jubent, nutib; arbitriog; pendent, Eorundem Sacra civiliter adorant; cur jussi illorum refugandum, qui quidem jam nostra denudant latera, nos tamen ex parte quædam insigni bonorum suorum florentissimos reddunt. Vocatur vero illud, quod morituri justa jura demū volunt, testamentū jure Romano, abitq; juxta regulā in duas species: Aliud enim scriptum,



scriptum; Aliud NUNCUPATIVUM interpretes appellant:
De hac publica dissertatione agere animo constitui meo; Cum au-
tem juxta illud Antiquitatis pie diverbum Sanctum: Sine Divi-
no Numinе nihil est in homine: oro DEUM devotissimo pectore,
ut vires misericordia suppedinet, judiciumque rectum suggestat, quod d. l.
26. C. genuinum sensum indagare, & alia expectantia invenire
possim, ad Divini Numinis Gloriam, ac qualemque publicum er-
molumentum.

CAPITIS PRIMI.

SUMMA.

*Lex de testamentariâ Successione iniqua
non est.*

 Um Christianismo imbuti Imperantes
in eo omnem positam habeant cogitationem, ut ad
normas divinarum & naturalium Legum suarum fixas
sint; non supervacuus labor erit, si paucis attige-
ro; quae adversaria Successioni ex Testamento scri-
batur, enixusque fuerit omni ope, ut a mortibus liberetur, quod
in se iniquitatem nullam alit: jucundum enim valde accidit, ad
metam, quae praefixa, deproperare, si nihil obstaculi obtulerit sese.
Vexant vero hoc negotium, Bertrandus Argentraus Rodonensis
Provincia Praes. Comment. in Consuetud. Britannie ad Rubr. tit. 22.
Boer. in Consuet. Bituric. §. 4. tit. de Testam. Quarum rationes
selegit D. Thabor, in Partitienib. elementariis Jurisprudentie Me-
thodice P. 2. §. 26. fol. 62. & doctissime confutavit: cuius, ut me
exerceam, vestigia legum & in compendificiendi argumentis &
horum, pro viriliculis refutatione: Obvertunt vero, quod illæ testa-
mentariæ ordinationes litibus dent occasionem, hincque faculta-
tum interitum causentur: sique cuivis, prout lubet, de bonis suis
disponere licentia foret, hoc summam spiraret æquitatem: uti

A 2

in

in Historiis laudetur Leucadiorum, & Locrensiū Decretūm hoc: ut æterno fideicommissio propinqvi propinqvis succederent: nec Argentræus sibi ab his temperat verbis: Miseri, qvibus negotiosas illas solennitates, & acuminosa luxuriantis Reipubl. inventa nondum rejicere licuit: & Bodin. V. d. Rep. c. 2. Legem testamentariam iniqvam vocat, qvæ Atheniensibus quoq; ac cœteris tum Græcis, tum Italij multarum in omnibus civitatibus conversionum peperit occasionem. Ubi R. primum testamentis falsò attribuitur, qvod vel ex protervia heredum vel oscitantiâ Notariorum est; nulla lis timetur, si testamentum jure factum committatur executioni Magistratus vel bonorum virorum, vel ad datur clausula, ut jure, qvi contrâ disputaverit, cadat suo: deinde æquum omnino est, ut qvis, prout amor fert, suis consulat, cum plures moribundi suo labore qvæsta posideant bona, & non raro à nobis nati male sint meriti: dumq; hereditas semel est adiuta, non audit amplius defuncti, sed ejus qvi successit, patrimonium l. 8. §. 1. ff. d. Legat: 2. l. 54. pr. ff. ad SC. Trebell. Porro unius atq; alterius populi vel legi vel mori opponi poterunt firmata plurium Gentium Consuetudines, qvæ tandem necessitatem legis induerunt: & puto innatum est, aut per discursum novimus, grave esse, Qvintiliano pronunciant, ipsum patrimonium, in qvod omne jus nobis permittitur viventibus, auferri morientibus. Nec circuitiones adamarunt Legislatores, dum certis solennitatib; contra fraudulentiam, firmaverunt ultimas voluntates: acutis enim dolis & qvi plus in recessu habent, qvam primùm præ se ferunt, omnibus modis obviandm; vanaq; præsumtio est, cordatum Legislatorem suâ lege eluxuriari velle: non igitur misericordum titulus quadrabit in illos, qvi Majestatis Leges curiosè observant. Bodinus vero auscultandus non est, cum & toti Imperii nostri Statui semper se se opponat: Græci Italiq; inserviantes seipso perdiderunt; qvorum conversiones male Legi testamentariæ transscribuntur.

CAPUT



CAPUT II.

Terminorum Rubricæ hujus disputationis & de

l. 26. C. expositiones enarrat.

§. I.

Testamentum *Imp. pr. I. d. testam. ordin.* est testatio mentis, per notationem juridicam, cum coram testibus eo nomine evocatis, sensa animi declaremus: non video quid hic *Laurentius Valla JCis Romanis noceat*; dum sibi singit, si testamentum testatio mentis est, idem verum erit de calceamento: nam si perget Valla: excrementum ipsius erit excretio mentis Vallianæ: absit jocus & irrisio in verbis, ubi de mente disponentium constat. *Definitur illud l. 1. ff. qvitestam. fac. poss.* Qvod sit voluntatis nostra justa sententia de eo qvod quis post mortem suam fieri vellet. *Qvæ definitio ha&enū bona judicata fuit, nisi qvod Accursii glossema seqvens Jesuita Molina Tratt. d. Just. & Jur. tr. 2. disp. 124. n. 4. fol. 474.* superadderet hæc: cum heredis Instituzione directa: ac num. 5. hoc adferret Scholium: ex dispositione namq; Cesarei juris adeò intrinseca est testamento heredis directa institutio, ut nisi expresse heres institueretur, testamentum esset irritum & inane. Sed quid refutat Morum Doctor in jure Romano, falcem suam in alienam messiem inferens? Siq; refutare ipsi hic ius est, falsa refutet, non vera: justa enim testamentum est tentativa, i. e. secundum regulas juris civilis factum *l. 4. ff. qvi test. fac. poss.* jam inter regulas testandi & solemnitas hæc est: ut heres instituatur *§. 4. Inst. d. test. ord.* Nec aliter ratio juris hæc sibi constat, qvæ sub vocabulo justa, comprehendatur heredis institutio: qvia testamenta vim ex institutione heredis accipiunt, & ob id veluti caput atq; fundamentum intelligitur totius testamenti heredis institutio *§. 34. I. de Legat. hocq; est*, qvod Calpurnius Longinus Advocatus Fisci dixit: Non potest ullum testamentum valere, qvod heredem non habet *l. pen. ff. d. his. qvæ in testam. delentur.*

§. 2. Versatur vero mea Disputatio non circa testamentum in genere, nec speciem regularem testamenti scripti, sed qvod

A 3

per



per Nuncupationem dicitur l. 8. §. final. ff. d. bon. posses. secund. tabul. Ubi J Cty Julianus vult: Ut scriptus à nuncupato herede & in scriptis confectū testamentum à nuncupato invicem separantur: Ipsiq; Imperatores Theodos. & Valent. l. 21. f. d. Tis. à testamento per Nuncupationem factō scripturam prorsus removent. Dicitur quoque per Synonymiam nuncupata voluntas §. final. l. de testam. ord. Addita sunt verba, Qvā talem: ubi repertitam volo vocem Nuncupationis, & quidem reduplicativē, id est, ut verba illa reduplicantia sint formalis ratio, qvā hoc testamentum discriminatur à scripto, ubi testator ultimam sui voluntatem scripturā seu literis complexus est t. t. l. d. testam. usq; ad §. final. d. l. 21, §. 2. C. Illi verò scripto Interpretes suo verbo opponunt nuncupativum, ubi oratione & voce expressā ultimum elogium declaratur & heres coram testibus palam pronunciatur, d. §. fin. l. l. 21. C. d. testam.

§. 3. Nunc enodanda verba d. l. 26. C. Sine scriptis testamenta: sunt verba parallela nuncupata ultimæ voluntatis: Observatio venit ab observare, quod est diligenter advertere l. 19. ff. d. Offic. Praefid. illa igitur erit diligentia debita, cui culpa & oscitatio oppositur: Quid verò hīc formalis? nodus in scirpo non est qværendus, formalis n. observatio & sollicita & curiosa animadvertisit, est juxta legem qyæ illam olim reqvisit, ut si Imperator satis explicat in fine d. l. 26. C. Manifestari oportere ultimum iudicium quid sit, jam nonui sub finem §. 2. præcedentis: ubi superaddo, quod heres palam nuncupandus non ille sit intelligendus, qui qvæsi in publicum sit exprimentus, sed qui ita clare, ut ejusdem nomen testes exaudire possint d. l. 21. §. quid est palam ff. d. testam. poterat fortè hoc spectare illud Svetonii in vita Horatii, decessit herede Augusto palam nuncupato, cum urgente vi valetudinis, non sufficeret ad obsignandas testamenti tabulas.

CAPUT



CAPUT III.

Dubia contra hujus Testamenti existentiam
expedit.

§. 1.

T^ralatitium illud , qvod termini praece^r necessitatem non sint multiplicandi , hic qvoq; sibi locum vindicare poterat : qvæ enim necessitas , ut testamentum introducatur nuncupativum , ubi heredis nomen exprimendum , cum & in ultima voluntate scripta per manus testatoris vel testium nomen heredis exprimendum sit . §. 4. I. d. testam. & in l. 29. C. eod. hæ conceptissima verba sunt : jubemus omnino testatorem , si vires habeat , ad scribendum nomen heredis vel heredum in suâ subscriptione &c. ponere.

§. 2. Imò olim omne testamentum erat nuncupativum : sic enim Ulpian. in Fragment. Institut. tit. 20. §. 8. scribit: Nuncupatur testamentum in hunc modum: Tabulas testamenti testator tenens, ita dicit: Hæc, uti his tabulis certe scripta sunt, ita do, ita lego, ita testor: itaq; vos Quirites testimonium prabitote: quæ nuncupatio & testatio vocatur: Ubi Ulpian. scriptum testamentum in fronte & fine verborum nuncupativum dicit: hinc scriptura & dictatura testatorum sibi respondent l. 22. C. d. testam.

CAP. IV.

Dubiorum resolutionem continet.

§. 1.

Concedo eqvidem illud axioma , qvod , si res in syllogismum conjiciatur , vices majoris propositionis subit ; verum qvod in minori seu applicacione perdit vires suas. Multa enim impedimenta intervenient , ut qvis solennitates scripti testamenti observare non posset , forte ob festinatum iter , propter magnas & longas peregrinationes , qvæ apud veteres erant pr. I. d. Codicill. forte ob defecum testium in eo loco , ubi qvis testaturus est ; obq; morbi vehementiam , qvæ tamen mentis alienationem non inducit. Nec dubitandum ex tit. 1. lib. 28. ff. & tit. 12. lib.

lib. 6. C. & tit. 10. l. 2. Inf. ac eorundem librorum titulis sequentiibus, qvod duo testamentorum genera, scriptum ac non scriptum, maximam jurisprudentia Romanæ occupent partem: fateor eqvidem qvod & in scripto testamento juxta d. §. 4. I. & d. l. 29. C. nomen heredis sive mediatè sive immediatè exprimendum fuerit: Sed hoc ipsum mutasle Justinianum Nov. 119.c.9. clare constat: Ubi missam facit illam nominis heredis expressionem, qvod per eandem, ut superfluam subtilitatem, subruerentur multorum ultimæ voluntates: Qvod jus Novissimum unà cum quinquaginta decisionibus Codici insertis, qvin coeteras partes juris Romani corrigat, nulli est dubium d. Nov. 119.c.9. Digesta enim Institutiones & Codex repetitæ prælectionis sibi fideliter respondent, vid. §. 15. Confit. d. Confirm. Digest. ad Senatum & omnes populos & §. 5. Constit. d. Emendatione Codicis. Qvod à Dn. Nicolao Reusnero Summo & incomparabilis Jcto tract. d. testam. p. 3. c. 29. n. 6. fol. 669, quasi eadem sint in d. l. 29. C. d. testam. enunciari nomen heredis & scribi nomen ejusdem, aliter hoc erit, juxta præsuppositam differentiam specificam scripti, & non scripti testamenti.

§. 2. Cum non unius significationis sit nuncupatio & 'nuncupativum testamentum: facilè subodorari licet, qvod si res Syllogisticè tractetur, in argumento quatuor apparerent termini; hoc ipsum probo: scil. usurpatur Nuncupativum testamentum jam pro eo, qvod fit sine scripturâ & tabulis: seu ut Molina d. l. disput. 126. n. 1. loquitur, ubi vocerus testamentum sine ulla scriptura conditur: qvod præter textus supra relatios statuminant. l. 8. pr. ibi per nuncupationem sua condant moderamina voluntatis. C. d. testam. l. 25. ff. eod. l. 9. §. 2. ff. d. hered. Infit. jam illud erat, ubi scriptura & ob-signatio testium adhibebantur v. ad. text. Cap. præcedenti. §. 2. & §. 1. I. d. Testam. & qvidem hoc testamentum olim præ illo frequentabatur ob fugiendam invidiam & metum insidiarum, argum. §. 3. I. d. pupill. Subfit. ubi Vultej. ad §. final. I. d. testam. n. 3. scribit: contrarium hodiè ferè evenit: nuncupatum enim magis frequentari quam scriptum quotidiana docet experientia: & expressum est in Recessu Diata Colonensis

Anno



Anno 1512. habito Tit. von Testamenten pr. & in §. Nun die Form. Causa differentia ratio apud Osterm. in suis Rationalib. ad Inst. ad d. §. final. d. test. mibi non displicet, quod hodie Ratio sit innocentior: arg. l. 31. §. 21. ff. d. Edilit. Edicto. ubi dicitur: presumptum enim est, quosdam servos bonos esse, quia natione sunt non infamata: quosdam malos videri, quia eā natione sunt, quae magis infamis est: hinc apud Illum legitur: Si pejeret ille, quid novi faceret? qui perjurium ipsum sermonis genus putat esse, non criminis: Nec in d. l. 22. C. Verbum dictare captandum, cùm commodè pro dicere sive nuncupare heredem, pro mea hīc substratā materiā, sumi posuit ac debeat. vid. Calvin. in Lexico vers. dictare actionem.

CAPUT V.

De Communibus hujus Testamenti, cum eo, quod in Scriptis conficitur, tractat.

§. I.

NON putandum, dum hactenus duæ illæ ultimarum voluntatum species secretæ fuerunt, quasi inter se nihil commune habeant: cum enim in vitiis JCTorum Romanorum, quos Henelius, Försterus & alii ad posteritatem transmiserunt, legere abunde sit, quā illi periti fuerint Logices, dubium esse non potest, quin testamentum primum consideraverint tanquam genus, & deinde hujus generis s̄epe hīc tactas subjectas duas species ita effecerint, ut generis essentiam in qualibet illā, juxta sanam Philosophiam, intactam reliquerint. Nec inficiari habeo, quin JCTi Romani, qui iussu MAJESTATIS in Republ. Templum iustitiæ, i.e. Artem Aequi & Boni, condiderunt, pro modo ac genio Disciplinæ suæ, & pro ejusdem objecto varianti, prout ex totius Philosophia Practicæ partibus satis notum est, genera & species rerum excogitarint, quas ad *αἰρετα* Logicā semper revocare velle, superstitionem foret. Hoc verò ideo in antecessum dicere debui, ne turbemur illis, quæ quidem testamenti in Scriptis sunt, communicantur tamen, citra specierum confusionem, nuncupati.

tivo. Esto etiam & propugnetur serio, qvod Propria alicujus rei sint incommunicabilia, cum de illorum ratione sit, ut soli insint, & cum re reciprocationem habeant: sunt tamen Philosophi nostri in Philosophia Peripateticâ & Sperlingianâ ad respondentum paratissimi, ex Aristot. V. Top. c. III. qvod propria esse possint aliqua alicui, & ipsi soli tribuantur, ut tamen & alteri convenient, ibi primariò atque immediatè: hic mediatè & secundariò: V. Stabl. in Reg. Philosoph. P. 2. Disp. 1. §. 13. fol. 8. Si que fortean hic aliquis objectare velit, qvod pessimè propria & species pro unis iisdemque divenditent: poterat ille sibi ab hac censutâ temperare, cum, qvī primis degustavit labris Logicam, sciat, qvod in Prædicabilibus aliter definiatur species, aliter ipsum proprium: ac ego firmiter statuo, qvod JCtus, uti contra Regulas Grammaticorum peccare non debet, nisi risui expeditus esse cupiat, ita nec contra Logicorum axiomata: Stbal. d. l. P. 2. Disp. 11. Regula 5. §. 3. fol. 382. Verum cum JCtis quandoque alius sit loquendi scribendique genius, ac aliarum Artium Professoribus, dandum ipsis, qvod non nunquam in verbis sint faciles: jam cum & illud dicatur proprium, qvod fluit ab essentiâ rei, & cum ea reciprocatur: Arist. I. Tropic. c. 4. statim hoc aslumet juris Peritus, & pro specie qvâdam ponet: non quidem ut hujus naturam cum Proprii in unum chaos intrudere animo habeat, sed ut ostendat se verbis liberè uti velle ac posse: recte enim iterum Stagirita l. 1. Ethic. c. 3. Est bene instituti, vel eruditii hominis, tantam in uno quoque genere disputationis subtilitatem desiderare, quantam rei ipsius fert Natura.

§. 2. Nunc de communib[us] illis testandi qvædam delibabo: qvæ sunt testes, & testationis actus unicus. Testes sunt oportet idonei, id est cum quibus est testamenti factio; §. 6. J. d. testam. ord. i. e. ipso Justiniano exponente §. 4. l. d. hered. qualitate, qui testamentum non tantum facere, sed etiam qvī ex alieno testamento ipsi capere possint, licet nequeant facere testamentum. Qvorum conditio tunc inspicienda, cum signant testamentum; nec documento erit, si iisdem postea aliquod impedimentum contigerit; l. 22. §. 1. ff. qui testam. fac. poss. ex quo illatio sit necessaria;

ria, qvod testamentum semel ritè factum morte testium non infirmetur. Ponunt quidem hic nodum durum, qvod, dum aprienda sint tabulae, testes sigilla sua recognoscere necesse habent. l. 4. ff. quemadmodum. testam. aperiant. forteque testes mutabunt consilium suum l. 2. §. 5. ff. d. Carbon. Edicto: ubi respondeo, qvod testamento in Scriptis confecto semel per subscriptionem & aposta testium sigilla fides sit adserita, quam postea perfidus unus atque alter haud infringet: Vel forte alii honestis viris praesentibus publicari poterit testamentum l. 2. D. quemadmodum. testam. aperiant. Excepta traditio Dd. est ad l. 2. C. D. bon. poff. secund. tabulas, qvod etiam deperditum testamenti instrumentum per duos testes probetur satis: si hoc ita est, cur duo una cum aliis nuper testamēto facto adhibiti testes publicationi cum effectu non interessent? Bronchorst. miscel. controversial. Cent. 2. Assert. 15. Sed hāc totā ambage hīc opus non est, cum testamentum nuncupatum nullam solennitatem subscriptionis & sigillationis testium desideret, qvæ non existentia recognosci nequeunt.

§. 3. Alterum, cuius spicilegium facturus sum, est testatio-
nis actus unicus; seu unus contextus §. 3. & fin. i. d. testam. i. e. ut
continuo tempore omnia peragantur: seu nullus actus alienus
intermisceatur l. 21. §. fin. ff. d. testam. ut enixissimam sui voluntatem
satis declarare possit testator, seu uti Bernhard. Schotan. Dis-
putationibus anniversariis ad Instiit. Disp. 16. thes. 3. scribit: Actus al-
ienus est, qui potest animum testatoris vel ipsam voluntatem
turbare: vel ex qvo præsumi aut metui potest subornatio alte-
rius voluntatis. Bene Oldendorp. in Pref. Clasfum V. Actionum forens.
fol. 804. habet. Qvod vivi facimus dicimusve, id aliquando non
est magni momenti: & si quid displiceat, obvia nobis sunt emen-
dandi remedia & formulæ. Verum qvod in causam mortis de-
stinamus: id ita proponimus, ut post hanc vitam nunquam mu-
ratur velimus. Est enim testamentum typus qvodammodo &
figura immortalitatis, non ab hominis Authoritate, sed à Natu-
ra ipsa profectum: nam quando anima, mens, & voluntas est im-
mortalis, certè non debet etiam qvatenus ad bona attinet, cum
mortali corpore extingvi: itaque toti humano generi nihil esse

potest aut jucundius aut utilius ; quam ut voluntas regnet
in bonis à testatore relictis , etiam extincto corpore , imò justi-
us id multò post mortem facit , redditā jam cœlesti patriæ ,
quam in hâc momentanea & fragili vitâ. *Magnific. quidem Reu[n].*
d. Tr. d. Testam. c. 29. n. 20. fol. 673. aliquod discrimen constituere
vult inter testamentum Scriptū & Nuncupativum , qvod hoc quidē
continuato contextu i. e. uno tempore fieri , illud verò uno die
scribi & altero testibus offerri , & ab his signari possit : Utitur
que ad hoc probandum *Autoritate Synopseos Baslic.* lib. 35. tit. 2.
c. 16. & 17. græcaqve adlata verba latine vertit : Verum enim &
cum de Scripto Testamento d. §. 3. I. d. testam. verum sit , qvod uno
eodemque tempore & uno contextu fieri debeat ; suspector il-
lam differentiam : cum hæc temporis ac actus continuitas mini-
mè ad tempus , ubi scribitur testamentum & à testatore ad fi-
nem perducitur : sed ubi id testibus subscribendum & ob signan-
dum offertur , referenda sit : vid. *Vinn. ad §. 3. vers. uno contextu*
I. d. testam. Qvod in testamento nullus actus alienus intermis-
cendus sit , nisi quem necessitas & valetudo testatoris reqvirit. l. 28. C.
d. t. Doctores quidam admittere nihilominus contractus vo-
lunt per l. 26. ff. d. pignorat , action . sed verior est negantium o-
pinio , tum respectu ipsius testamenti , qvod sine intermissione
fieri oportet , tumqve respectu testatoris , qui non nisi actum
testamentarium peragit , contractus verò ad minimum inter
duos sit l. 19. ff. d. V. S. nec dubium esse potest , qvin per con-
tractus preparatoria , constitutionem & consequentia , mens
testaturi distraheretur , cui tamen propositum , arduum nego-
tium ad totam familiam spectans summa cum curâ expedi-
re: ipseque dissentiens *Voët. ad §. 3. n. 3.* J. d. testament. dicit qvod
in d. l. 26. contractus rationem pignoris constitutio non habe-
beat , sed per modum legati consideretur , dum fortè secu-
ritatem testator suo creditori
legat.

CAPUT



CAPUT VI.

Analysin Textus in d. l. 26. C. delineat.

§. I.

Subjectum hujus Constitutionis & meæ tractationis non est testamentum Principi oblatum l. 19. C. d. Testament. qvod omne suum robur viresque à Principis, id recipientis & approbantibus, autoritate habet; nec qvod dicunt judiciale, seu ubi quis Acta publicat postremum mentis sua judicium l. 27. C. eod. Quæ Acta putantur, sive in loco judicij ultima insinuetur voluntas, ob præsentiam & conscientiam judicis: Sive extra locum judicij, modò Scabini vel unus & alter Assessorum judicij adsit in domo testatoris, & testamentum postea inter Acta referatur c. II. d. Probat. Reußner. Vol. 2. d. testament. P. 4. cap. 19. num. 16. Nec illud solenne in Scriptis, de qvo suprà: nec ullum Priviliegium: Sed illud Solenne Nuncupativum, ita dictum, ob sui formalem rationem.

§. 2. Hoc ipsum, qđ melius enodetur, considerari poterit, vel prout in esse suum producendum: vel ut jam produatum est. Ibi offerunt sese essentialia, hic effecta; illa essentialia occurront, aliud *κατὰ δόξαν* seu indebitum, alia *κατ’ ἀληθείαν* seu vera, qva iterum abeunt in communia ac propria: illud essentialie olim debitum nunc huic testamento indebitum, scilicet formalis observantia, à Cæsare amputata, consultò à me omititur, cum ea cap. 2. §. 3. sit actum. Nec de communibus illis denuò tractabo: reffero enim me ad Cap. 5.

§. 3. Ingredientia igitur sive essentialia, seu solennitates essentiales nostri testamenti sunt; Primum ut IN SCRIPPTIS FIAT: pr. d. l. 26. d. § fin. In his d. testam. qvo de ad nauseam suprà discursum fuit: Ex qvo indubitata fluit consequentia, qvod, si posteà hæc articulata testatoris vel testatrix nuncupatio seu pronunciatio heredis literis exaretur; testamentum hoc ea propter non mutet sese in Scriptum: Scriptura

B 3

enim



enim hæc , cùm ej⁹ tanq⁹ am qvantitatis per se nulla sit efficacia ,
non potis erit essentiam rei mutare : id qvod declaratu facile est ,
ſex ſ. 9. Inſt. d. I. N. G. & C. adlumas juris non Scripti definitio-
nem , quod formaliter per tacitum conſenſum dicitur , cum diuturni
mores conſenſu uentium comprobati legem imitantur . d. ſ. 9. & l. 32.
ſ. 1. ff. d. legib. Hoc ius sine scripto veniens qvō in scripturam re-
digiri poſit , & redactum ſit , ſalva manente ſui naturā , qvā eſſen-
tia Scripti Juris opponitur , nullum habet dubium ſ. 3. Inſt.
d. I. N. G. & C. & probant illa Feudorum Placita ſeu Conſvetu-
dines . qvæ Collatio juris decima dicuntur . id. Dn. Struv. Syn-
tagm. Jur. Feud. Diff. 1. Poſit. 7. (modò paucas excipias Con-
ſtitutiones , Exem. gr. Imperatorum Lotharii & Friderici 2. Feud.
ſ. 2. 53. 55.) Sic Commentarii proſtant in Conſvetudines Britannia, Gallie,
Mediolanensem, Bituricensum &c. qvæ tamen ideo , qvod scriptæ
ſint , à ſui genuina indole non deſectunt. Deinde ex illo non
scripti ultimi Elogii constitutivo principio inſerre licet , qvod ad
hoc nuncupatione factum testamentum jamjam literis conſigna-
tum , nec relectione nec ſubſcriptione nec ſubſignatione testa-
toris vel teſtium ſit opus , cum vim ſuam perfectissimam ex here-
dis pronunciatione orali accipiat ; de qvā dum ubertim conſtat ,
nulla falſitatis ſuſpicio eſſe poſt: propter qvam alias in testa-
mento ſcripto , ſubſcriptions & ſignacula adhiberi präcipue
ſolebant . arg. ſ. 3. & 4. I. d. Teſtam.

ſ. 4. Nunc ſuccedaneum eſt alterum , qvod utramq; facit
paginam nostri Testamenti , nempe PROPALAM FACTA HE-
REDIS ENUNCIATIO : id eſt ſpecifico ſuo nomine heres clare
pronunciari debet . l. 21. ff. d. teſtam. l. 29. vers. Quemadmodum C.
eod. ex quo patet , qvod heres abſens ſit : pŕaſentem enim
qvoq; modo demonstraſſe ſuſficit : hoc eſt qvod dicitur l. 58. ff. d.
hered. Inſit. Nemo dubitat , recte ita heredem nuncupari poſſe
bit mibi heres eſto , cum ſit corām , qui oſtendit.

ſ. 5. Cum non tantum unus homo , ſed & plures usq; in in-
finitum , qvot qvis heredes velit facere , nuncupare liſceat ſ. 4.
Inſt. d. hered. Inſit. Ubi non Infinitudo intelligenda , qvæ extrema
non habet , ſed eſt illa multitudine , ubi numerus heredum incertus
eſt :

est : arg. l. 4. §. 1. ff. d. in lit. jurand. l. 68. §. 1. ff. d. R. Wind. Non omittenda hic est quæstio illa : An, qui destinavit plures heredes palam nuncupare, &, nominatis quibusdam voce defecus cæteros pronunciare impediatur, valeat testamentum ? Sunt qui hoc adseverant per l. 29. C. d. testam. ubi illi tantum heredes sunt, qui manu testatoris scripti sunt, licet testatoris proprio chirographo non sint subnotati : jam simile videbatur, ut & nuncupati soli heredes esse deberent : Sed negantium sequenda est sententia, per clarum textum in l. 25. ff. d. r. ex quo haec adscribo : Si is, qui testamentum faceret, heredibus primis nuncupatis, prius quam secundos exprimeret heredes, obmutuisset, magis est, capisse cum testamentum facere, quam fecisse : quæque sequuntur, concordant, innuit enim javolenus quod Labeoni, qui plurima in jure bene constituta innovare instituit l. 2. §. 47. ff. d. O. I. ac ferè obrectator alieni ingenii fuit, contradicendi Servio nulla causa fuerit : Illius verò negativi ratio est, quod nemo paganorum pro parte testatus & pro parte intestatus decedere posset, cum earum rerum naturaliter inter se pugnabit : l. 7. ff. d. R. L. seu juxta Philosophos, duo Contraria simul subsistere non possunt : Vid. Jacob. Godofred. d. l. 7. fol. 51. Nec adversatur d. l. 29. C. cum, ut manu testatoris vel testium nomen heredis scribatur, abrogatum sit ; Novell. 119. deinde maximum intercedit discriminem inter d. l. 55. ff. & d. l. 29. C. cum ibi idem nulli sint heredes, quia testamentum non erat perfectum : hic verò manent heredes, cum testamentum in suum esse productum fuerat.

§. 6. Sunt qui hic admittunt, ut quis testaturus etiam per alium nomen heredit palam nuncupare possit : audi Magnificum Dn. Heizium ad. d. §. final. Inf. d. testam. à n. 6. fol. 182. Recit autem quæritur, an nuncupatio illa, per alium, quam testatorem ipsum fieri possit : ut si quis interroget testatorem, an velit Titum esse heredem ; & si volle responderet, aut equipollentibus verbis affirmaret, vel denique si ipsum testamentum Notarium coram testibus reciteret, & id approberet testator, an hoc modo testamentum consenserit : videtur quidem subtilis testandi solennitas repugnare : Sed usū probata, & communis Dd. calculo recepta sententia est, validam esse ejusmodi voluntatem, nisi gravi morbo afflictus testator, difficulter respondere posuerit : aut minus congrue



congrue ad ea, qve verisimile non est, ipsum ob festinatam interrogationem & actionem comm deliberatè probare potuisse , responderit : Ubi Consummatissimæ eruditionis JCtus, testamentum tale interventu tertii factum ob Fori & Doctorum quidem interpretationem : sed non jure valere ait : cuius sententia lubentissime accedo ; reorqè posse eandem uno atq; altero Legum fundamento argumentoqè firmari : Etenim talis testator judicio firmo utens per vicariam adstantis Notarii vocem heredem palam nuncupare potest , d. l. 21. ff. d. testam. Ubi quidem clara heredis pronunciatio reqviritur , sed an illa fiat a iherosolima regi episcopatu, filiet JCtus , & per silentium indicat , posse sufficere mediatam heredis nuncupationem , si modo nulla subrepatur fraudulentia , qva subesse nequit , cum inspectantibus & audientibus testatore & testibus Notarius suo hic defungatur officio : accedit , qvod & solenne testamentum ab alio , iussu tamen testatoris ordinari possit l. 21. pr. C. d. testam. per illud Brocardicum : facere aliquid per alium , perinde esse ac facere per seipsum . e. qui facit. 72. d. R. I. in 6. Mynsingerus quidem ad §. final. n. 4. Inf. d. Testament. ordinand. Adversariam hanc adfert : Qvod si ab alio heres nominetur , & à testatore simpliciter approbetur , testamentum sit nullum : idqvè idē , qvia pro formâ, præfertim in Recesu Imperii de Anno 1512. Rubr. von Testamenten §. über die Form (eines Testaments das Nuncupativum genant wird/ist also das der oder die / so das Testament machen will) reqviritur , ut testator heredem nominet : forma autem cujusqve rei accuratè , & adamusim servanda est . Verum hæc Mynsingeriana me à priori opinione non divertunt : cum forma illa informans in hisce moralibus & legitimis actionibus, etiam causam qvandam adjuvantem admittat: cavendum que hæc ne confundantur duo distincta : nempe testator aliquis non sponte suâ , sed ad interrogationem alterius voluntatem suam ultimam declarat , & testator aliquis jam domi libi pro suâ memoriam consignavit heredem , qvem nunc in publico per Notarium pronunciat.

§. 7. Adfero ulterius aliam nobilem qvæstionem : Utrum , si testator ad schedulam aliquam , ubi heredis nomen scriptum est , sese referat , testamentum nuncupativum censeri debeat ? Id qvod

Additionator ad Colleg. Argentorat. *z. d. testam.* §. 22. fol. 333. eius
jus verba adscribo. Denique observandum, quod hodie invaluerit
modus per nuncupationem etiam implicitam, relatione scil. facta
ad schedulam, ita ut testator coram testibus se declaret, se eum ha-
rem aliaque fieri velle, quem & qua in ea schedula scripsiterit, cuius-
modi testatio, vi relationis sic accipi solet, ut perinde sit, ac si id, quod
in schedula scriptum reperitur, in nuncupatione expressum fuerit:
arg. l. 77. ff. d. hered. Instit. Conser. Berl. 3. Conclus. 4. num. 25.
diligenti tamen cautione adhibendam, ne in supponenda schedula ali-
quid fraudis committatur. Hanc opinionem juvant *l. 10. pr. ff.*
d. Condition. Institut. ubi dicitur: Cuius nomen Codicilli scripsero,
ille mibi heres esto. & l. 38. ff. d. condition. & demonst. Quantum
Codicillus Titio legavero: in quo gemino textu testamentum &
legatum valent: Accedit ratio, quod nihil referat, proprio
nomine res appelleretur, an dígito ostendatur, an vocabulis quibusdam
demonstretur *l. 6. ff. d. Reb. Cred. vid. Berl. Part. 3.*
Conclus. 4. n. 25. §. & quidem fol. 39. Sed ego huic opinioni non
suffragor, ob *d. l. 26. C. & d. l. 21. pr. ff. d. testam.* Ubi heres mani-
festandus est testibus, & nuncupandus palam, ut exauditi pos-
sit. Quod autem palam non fiat, quod fit per relationem,
provoco ad autoritatem *l. 3. pr. D. de Jur. Fisci.* Ubi cum quidam
testamento suo ita scripsisset: *Vos rogo, ut in eo, quod à vo-*
bis petii, fidem praestis, perq. DE U M, ut faciatis, rogo: quærere-
tur: an id palam datum intelligeretur? Julianus respondit,
non apparere, quid ab heredibus ex hujusmodi verbis peti-
tum sit: nec enim ille palam dat, qui ita scribit: *rogo vos here-*
des, in eo, quod à vobis petii, fidem praestis, *l. 40. ff. eod. ubi in fin.*
pr. ratio additur: quamvis enim fundum nominaverit, non tamen
cognoscipotest, de quo sit rogatus heres, cum diversitas rerum ob-
scurum faciat legatum. Deinde in *l. 21. §. 2. C. d. testam.* requiri-
tur, ut testes testamentū sine Scriptura facientis vocē AUDIE-
RINT, jam tertio, quid audiendū testibus? Respondeo, ut voce
sua testator nomine heredis manifestet *l. 29. C. d. t.* quod si observa-
tum non fuerit, hoc testamentum non stat, verū. Quod si non
fuerit. Illi vero objecti textus non de nuncupativo sed Scripto

loquuntur testamento: in quo bene ad schedulam aliquam retulit se testator; cum alias forma testandi observata fuerit: nec illa relatio ad schedam & qvipollentium vices sustinet, cum ignorent testes, quem voluerit sibi hæredem testator: non obstat igitur d.l. 6. ff. d. Reb. Credit. neque illa Additionatoris ad Collegium Argentor. relatio satisfacit, cum eadem, quid testator ordinatum velit in schedulâ, haud innoteat testibus: verbo, deficit Relationis fundamentum, ratio fundandi & terminandi: neque hæc relatio, cum illa in venditione, quantitate eius emisti, quantum pretii in arca habes l. 7. s. pen. & ult. ff. d. Emt. simile quid habet, hac enim satis certiorata est.

S. 7. Demum hoc cap. testamentum ut constitutum considerandum, ratione scil. effectuum: qvos qvidem exerts verbis ex d. l. 26. C. non consignavit Cæsar: ii tamen, qvin ex aliis juris locis de causâ testamentariâ tractantibus, desumi possint, dubio omni caret. Generalis effectus est, qvod in se perfectissimum firmumqve constitutum sit, d. §. final. Inst. d. testam. qvo innuitur, testatori plenisimam suppetuisse facultatem pro lubitu suo, bona sua devolvendi, ad qvoscunqve velit. Deinde si post fata testatoris heredi lis instituenda, consulto opus erit; an petitoria, an possessoria a&io intentanda: arg. §. 4. Inst. d. Interdict. seu an petitorio vel possessorio ordinario, an summario procedendum: poterit utique qvis vindicare seu petitoria actione experiri §. 2. Inst. d. Action. cum per aditionem hereditatis vel per in hâc immisionem habeat dominium arg. §. 2. Inst. d. hered. qualit. & differ. modò instructissimus sit, lite negativâ reo contestata, jus in re probandi: arg. S. 1. in fin. Inst. d. t. & t. t. ff. & C. d. rei vindicat. Sin vero ad vindicationem nimium properaverit; deque probando jure in re nunc desperet, agat processu summario: per famosum textum in l. 18. §. fin. ff. d. vi & vi armata. v. Termineus in Processu cap. 29. f. 147. Arnold. ab Hersolt in Adversariis d. Action. P. 2. Act. 10. fol. 145. Oldendorp. Cl. 5. Act. 5. f. 839. Secundò conducibilius erit initio statim interdictis seu processibus summarisiis agere: Qvorum spectat interdictum qvorum bonorum, qvo, qvi bonorum possessione agnoscit, contra eum, qvi pra hærede vel pro possesso poscidet, except.



peritur. §. 3. *Inst. d. Interdict. ibique Schneiderin. v. Terminus in Processu c. 75. fol. 237.* Contentio est, an beneficium *l. final. C. d. E-*
dicto D. Hadriani tollendo; ex hoc nuncupativo testamento
competat? videbatur prima fronte hoc negandum, *cum d. l. fin.*
palmare sit requisitum, ut testamentum nullâ externâ formâ
vitiosum producatur: jam testamentum nuucupato factum o-
stendi nequit, cum sine scripturâ ejusdem essentia sese habeat:
siquè regeneratur, per depositiones septem adhibitorum testium
redintegrari ac legitimari posse personam ejus, qui se institu-
tum heredem dicit: huic ego non consentire possum; cum il-
la testium examinatio temporis intercapelinem & tractum
postulet: hoc est: *qvod Anton. Faber. in Codice suo ad d. l. final.*
Definit. IV. fol. 678. scribit. Defuncto eo, qui testamentum nuncupativum sine Scripturâ fecisse dicitur, si de hereditate con-
troversia sit inter agnatum proximum, eundemque possessio-
rum, & eum, qui se institutum contendit, certum est, nullam
heredis testamentarii rationem habendam esse, priusquam
testium, qui testamento interfuerint, testationes proferantur,
quæ porrò fieri non possunt, nisi legitimo herede vocato, &
quæ seqvuntur utilia apud *Fabrum*: Verum enim hoc me non
movet, ut heredi nuncupativo inviderem remedium *d. l. final.*
C. Præsuppono enim hoc fundamentum, qvod per prolatas
testium testificationes beneficium dictæ Legis Justinianæ
posit heredi: Deinde si assūmam illud, qvod non semel hic
scripti, qvod ab initio testamentum nuncupativum vel in
Scripturam sit redactū, vel statim redigi possit; nihil erit impe-
dimento, cur hæres nuncupat⁹, mediante d.l.finali non sit imit-
gēndus interim in possessionem bonorum, usq; dum contradic-⁹

Ego legitimus aliud aperte probaverit. Anton. Faber. d. l.

Garpov. lib. 6. tit. 2. Resp. 20. n. 2. fol. 1299. Dn.

Richter. Disp. VI. ad d. l. final.

C. fol. 168.

C 2

CAPUT

CAPUT VII.

*De summâ, Casuatione & Rationibus hujus
Constitutionis dispicit.*

S. I.

Dum in compendium hac l. 26. Concienda est, sensus erit: Si testator aliquis heredem, qui bona ipsius habere debet, coram septem testibus expressè nuncupaverit, quod hoc in tantum sufficiat, ut ut prius testibus non edixerit, se sine scripturâ ultimum sui elogium promulgaturum esse. Qua quidem brevitate & Laconismo verborum utendum esse didic*i*: sed & hoc monitum fuit sape, videndum, ne brevitas obscuritatem parturiat: seu ut Poëta canit;

- - - dum brevis esse labore
obscurus fio.

Proinde persvasum inhi habeo, textum Legis alicuius ante omnia à capite ad calcem legi, relegique oportere; deqve singulorum verborum aut ad minimum difficiliorum sensu exactè constare debere, anteqva breviloquam legis sententiam comminisci possis: huc reor spe stat l. 24ff. d. Legib. ubi dicitur, incivile est, nisi tota lege perspecta, unâ aliquâ particulâ ejus proposita, judicare vel respondere. Id est, dedecet judicem vel JurisConsultum habitum juris Romani prae se ferentes, ut rem in item deducant ex paucis legis verbis decidere, aut Responso aliquo juris illustrare velint, facile enim fieri poterat; ut adversarius rideat sententiam & Consilium, cum paratisimus sit excohäsione debita subje*cti* & Prædicati: itemque, ex antecedentibus, ipso tractandi negotio, ac consequentibus; eundo suâ curâ per totum textum, ostendere, graviter errasse judicem vel juris Peritum.

S. 2. Ex quavera premissâ summâ ipsa facti species, seu Casuatio, utili loquuntur, satis elucescit. Sunt qui in singulis casibus ad Leges Codicis aliter atque aliter sentiunt: Quibdam enim

enim moris est; singulas Leges singulari Casu illustrare ac de certo individuo tractare: aliis vero alia sedet animis sententia, dum naufragant illam communisendi casus figuram, potissimum in illis Legibus, quae in universum disponunt: Sed haec opiniones concordant, ut enim generaliter quandoque scribatur Lex, haec nihilominus vim suam in singularibus exercet, cum universales Leges singulos Cives tangent, quorum est illis obediens. Ac recte illi faciunt, qui Leges etiam illas Codicis ad certos Casus rescriptas, ad consequentias trahunt. Nervosè Ulpianus scribit l. 13. ff. d. LL. Quotiens Lege aliquid unum vel alterum introductum est, bona occasio est, cetera, quae tendunt ad eandem utilitatem, vel interpretationem, vel certe jurisdictione suppleri. In quo ipse Imperator Justinianus præivit l. fin. C. d. constit. pecun. & l. final. C. d. lege Falcidia; & quidem in utroque loco, ut dilatari possint Leges, æquitatem assumat.

§. 3. Licet Cap. III. & IV. dubia quædam attulerim, iisdemque pro viriculis satistescerim: non tamen puto à scopo alienum esse, si dubitationibus illis superaddantur quædam, ac enerventur. Dubitationes haec sunt: prima; Qvod hoc testamentum, cum quibusdam destinatum sit solennitatibus, testatorem de successore suo securum non reddat, eaque propter in nullam considerationem veniat: arg. l. 3. C. d. Emancip. liberor. Secundam & tertiam ex Vulpej. ad d. §. final. n. 3. Insit. d. testam. fol. 260. exscriptas exhibeo: In testamento itaque nuncupato testes sciunt voluntatem testatoris circa hereditatis Institutionem: in scripto plerumque ignorant: & certe ut id ne sciant, plerumque etiam est tutius. Eius Johannes Faber duplice rationem adsignat, unam, ne hi, qui ex testamento aliquid sperant, odium concipiatur adversus testatorem, ubi resciverint, se ex eo testamento nihil aut parum conlecturos esse: & alteram, ne hi, qui aliquid accepturi sunt, mortem testatoris capient, ejusque vita insidias struant, vel ut eodem citius hereditatem adipiscantur, vel quod metuant, fieri posse, ut testator voluntatem suam mutet; cum ultimæ voluntatis

ratis stilus liber sit , usq; ad ultimum vita spiritum . Huc us-
q; Vultej:

S. 4. Qvas objectiones elidere conabor hisce respon-
sionibus , & qvidem primam , qvod licet testamentum hoc jam
literis exaratum , exempl. gr. subscriptione & sigillatione te-
statoris ac testium defectum sit , cæteræ tamen solennitates
abundè firmant testamentum , ut de nullâ obrepente fraude
metus esse posit : & quidai Princeps hanc testandi formam
inducere potis esset , cum in testamentis Sibi oblato & judi-
ciali omnes solennitates relaxavit , vi suæ Potestatis l. g. C. d.
LL. l. g. C. d. testament. seu qvatenus est Lex animata in suo
Territorio , Novell. 105. c. final.

S. 5. Cæteræ duæ Vultejanæ rationes petitæ sunt ab o-
dio , qvo adversus testatorem nuncupantem flagrant , qvibus
nihil aut exiguum bonorum aliquando distribuendum ; àqv;e
voto vita infidandi testatori , ut ocissimè vitam cum morte
cōmutet ; cui hoc necessariò inest , ne mutet semel factā ultimā
voluntatē : Qvæ tamen illud qvod debent , improbare non pos-
sunt : nam si præsupponatur successur; vir habitu virtutum in-
structy. ac Lutheranā Fide & non ignavā operā , odium illud &
votum captandæ mortis non per se , sed per accidens causa-
buntur : Testamentum enim hoc Nuncupativum , in qvo o-
mnia in propatulo , odium & animum inqvirendi in vitam te-
statoris PER SE non continet , neq;e ratione causæ , neq;e
ratione effectus : qvis enim concipi potest tam crudelis & effe-
rus , ut in tantū à se pepulerit innocentiam , ut eundem odis-
se non modò , à qvo jure nihil exigere potest , sed & , cui ob-
heredis institutionem plurimum debet , morte violentâ pe-
remptum velit ? imò in contrarium optimè sperandū de iis , qvi
bus spes succedendi est , fore , ut obleq;viosi esse allaborent , &
reverentiam præstare illi , cuius bona jamjam cum suis facul-
tatis qvæ adglutinaverunt , ne alios faciat successores . Ne-
que textus juris i. Feud. 27. l. fin. C. d. Paß. cap. 2. d. Concess. Præb.
& c. 2. 3. eod. in sexto. obstant: rectè enim respondit Dn. Struve
Syntagm. Jur. Feudal. Exercit. VII. th. 5. in Scholiis . Neq;e
prohibi-

prohibitio juris simpliciter nudam occasionem captandæ mortis aut desiderium mortis alienæ spectat: quippe qvod a-vertere & præcidere in Legislatoris non est potestate: & alias nec sciente eo, de cuius hereditate agitur, pactum valeret: ac præterea in omni succedendi ratione ejusmodi occasio & desiderium occurrere potest: Sed respicit jus desiderium singulare alienæ mortis ac votum procuranda mortis, qvod ex illius actus circumstantiis colligitur. Cum enim qvidam de re ad se planè non pertinente & cuius acqvirendæ spes & singularis ex præmaturo pacto apparenſ affectatio, interverti posſit, dispositione domini aut morte ipsorum, qui pactum ineunt, & qvidem hi clandestinè sive ignorante eo, de cuius bonis agitur, inter se paciscantur; ideo præsumunt inde Leges nostræ civiles animi & consilii singularem malignitatem; & qvæ apud Dn. Struv. sequuntur.

CAP. VIII. Et ULTIMUM.

Tractat de Notabilibus ex Textu d. l. 26. C. resultantibus.

S. I.

Cum Doctores textuum juris resolutiones inter alia & Notabilibus & Memorabilibus, tanquam flosculis qvibusdam, ornent, imitabor, prout modulus ingenii mei fert, hunc morem, & ex d. l. excerptam unum ac alterum memoratum dignum,

§. 2. Primum esto: Imperator Justinianus in sui jus Legislatorum nullum admisit socium: id qvod ex vita Ipsius, qvam Antonius Contius Jctys consignavit, abundè constat: inde hæc exscribo: IMPERIUM SOLIUS JUSTINIANI: Quatuor mensibus, Aprili, Majo, Junio, julioqvè, cum Patre adoptivo in Imperij consortio confectis, & Calendis Augusti mortuo Justino, solus Justinianus imperium administrare cœpit:



cepit: Conjuget tamen Theodorā Augustā , supra qvam se-
xus ratio patitur , rebus se communibus & fōvendis hæretico-
rum partibus immisceente. Ubi Contius post excellum Justi-
ni solum rerum Dominum Justinianum rectē scribit : Qvæ ve-
rō de Augustā addit, ea Qvidam strigili committunt, non qvi-
dē idēq; qvod Imperat̄rix hæreticis faverit, sed qvod quasi de-
facto se negotiorū Imperialium participem fecerit : cum ex ve-
riori Historiā inclarescat, Theodoram illam, ut prudentissimā
Fœminam, qvandoq; admīssam fuisse, ubi Leges condendā:
erant Citabo verba Goldasti Part. 2. Reich-Satzungen Praefat. an
die Römische Kaiserin s. und befindt man ibi Theodora bey Kai-
ser Justiniano , welcher viel Rechte und Gesetze durch ihr Angeben
gemacht/die noch heutiges Tages in der ganzen wehrten Christen-
heit einen üblichen Gebrauch und Autoritat haben: Ubi rerum
publicarum callentissim⁹ non consortem Imperii, sed Cæsaris
Consiliariam Theodoram fuisse, vi Arcanorum Monarchiæ,
scribit. Et illi injurii in hunc Cæsarem sunt, qvi, ex illo Theodo-
ra Consiliariatu Eundem uxorium fuisse clamitant: cum
boni Imperatoris & Principis non sit , servitutem Imperii
Uxor ferre. In hanc utramq; rem Dn. D. Svevus Professor olim
Publicus in hac Almā Legum Famigeratissimus Velitat. Ultim. ad In-
sist. Coronide quarta verē scribit: Nec qvod uxori Theodora ē
Cypro ortæ; ejusq; ingenio, qvo vel Liviam Octaviani vel
Agrippinam Augulti æqvavit , aliquantum concessit , in ejus
gratiā plura de commodis mulierum lanicivit: Imō & Con-
siliorum interdum Principem assumſit. Novell. 8. c. 1. pr. indē
eum prorsus uxorium fuisse , & Theodoram consortem Imper-
ii habuisse affirmari potest; Nam tot Constitutiones &
Stationes ab ipso solo emisſa ac promulgatae : & tot gravissima
bella ipsius suscepta auspicis; deniq; Cōcilia solā ipsius Au-
toritate indicta, in qvibus & Eutychianos , fruſtrā eos defen-
dente Theodora , comdemnavit, nullo negotio contrarium e-
vincunt. Ubi Dn. D. Svevus nervosè ex Potestate Ecclesiasticā
& Seculari ostendit, penes solum Justinianum Majestatem, so-
ciī alias impatientem, fuisse, & qvod precibus Conjugis, iniqua-
peten-

petentis, nihil detulerit: Qui verò tempore Justiniani Polyciam defendunt, inter alia pro se citant l. 8. C. d. legibus: ubi cautum videtur, ut imposterum Proceres Palatii & Patres Conscripti de Imperii Lege condendā cum Cesare participent: Sed absit, ut in alium, quām verba prae se ferunt, torqueamus Legis sensum; Non enim Consortio sed consilio Senatus ordinandam Legem, in fine dicitur: Siqvè hic Senatus aliquid de jure Majestatico Legislationis communicatum, in idem erunt introducendi universi judices, cum de his æqvè ut de Proceribus sermo d. l. 8. C. sit: Rechè Dr. Frantz. ex d. Constitut. Principum n. 16. fol. 66. habet: Nec quod d. l. 8. de Consensu Senatus dicitur, eo referri potest, ac si Imp. Theodosius (vel Justinianus) sine consensu Senatus nullam Legem ferre vel promulgare potuerit: simplex enim est illius loci sententia, prius in Senatu de æqvitate novæ legis deliberandum esse, & postquam omnes, putā tanquam Consiliarii inter se consenserint, consensum illum Imperatoriā Autoritate confirmandum esse, quod luculenter in f. d. l. explicatur, ubi consensus ille disertè consilii, & in hunc finem adhiberi dicitur, quod id, quod cum illo fuerit ordinatum, ad Imperii salutem & gloriam non possit non redundare.

II. Lex Positiva prior tollitur per posteriorem: bāc d. l. 26. C. ratio ad æqvata est, quod Majestatum Humanarum leges mutabilitati sunt obnoxiae s. pen. Inst. d. I. N. G. & C. l. 32. ff. d. Legib. in eo enim virtutur discrimen juris Naturalis & Civilis, quod illud perpetuò duret, hoc verò mutationem recipiat: nec immerito, cum honesta & turpia, per se talia, circa quæ Moralia occupantur, nunquam alterent & mutant se: Civilia aliter atque aliter se habeant, ob objectorum multiplicem varietatem. Dum verò JCtis Romanis aliud est jus Naturale Rationale seu Gentium primævum, & aliud Jus Gentium secundarium, s. l. & 2. Inst. d. I. N. G. & C. Qvæstionis est, num & Jus Gentium Secundarium sit immutabile? quod multis assertit Boer. Prefat. ad Lib. III. Inst. ex quo sunto hæc pauca: Aut vera & legitima non est oppositio illa naturalis & Civilis juris, aut si justa est illa, certè per Naturale jus significatur quoque

D jus



Jus Gentium Secundarium: alioqui enim omisla censetur illa
juris species, quia jus Gentium secundarium continet, quod
maximum eslet vitium, teste Cicerone I. Offic. in dividendo a-
aliquid preterire & c. hoc ille. Quam cum Dn. Bocero ego quoq;
immutabilitatem juris Gentium Secundarii statuo, sed non in
universum, cum enim partem maximam hypothetica sint, quia
juri Gentium subjacent, ac eadem in applicatione quandoque
usui non sint, nulla alia conclusio esse potest, quam quod cen-
sum mutabilium augeant: Ceterum Principia, Theses, & Re-
gulas, quia juri Gentium sub sternuntur, semper exceptero: au-
di Corvinum in Aphorismis ad Pandectar. d. iust. & jure p. 8. ea o-
mnia (ad jus Gentium secundarium spectantia jam relata) ob-
utilitatem, pro rato jure inter omnes gentes semper habita-
sunt atque usurpata; Sed vicisitudini sunt obnoxia: & pro di-
versis Rerum publicarum formis, temporum atque oppor-
nitatum presentium rationibus, aliter atque aliter habentur:
cum salus populi in iis suprema lex sit. Cic. d. Legib. I. Quia ita
intelligenda, non ut principia & theses, ac regulae juris Gen-
tium Secundarii contrariis principiis ac regulis mutantur.
l. 188. ff. d. R. I. l. 8. ff. d. cap. minor. Sed ut in hypothesis (ut
jus Civile constituitur l. 6. ff. d. Just & Jure) ab earundem te-
nore recedatur. l. 1. §. fin. ff. d. Constit. Princip. l. 8. §. 1. ff. d. R. I. l. 3.
ff. depositi. l. 8. C. d. judic.

III. Ex Majestatis Placito solo non est, ut in solenni testa-
mento septem adhibeantur testes. Scio equidem, quod, quoniam
tamen citra calumniam statuun, jus Romanum sola absolvit op-
pinione, scuto hoc fere tuerantur, quod Majestatis voluntari-
um sit praecise testamentis solennibus adhibendos esse septem
testes: Sed piaculum mihi esto, a Cesarie Justiniano, ubi de
sanis cavet, recedere: solennia enim illa testamentorum hoc
numero erant firmando, cum haec tenus testamentorum jura
multis fraudibus ludibrio habita fuerint: nec ignorabant Le-
gislatores Romani, juris esse Naturalis, testatorum ultimas
voluntates non iniquisas observari oportere: quia cum mul-
torum machinationibus sint obvia, facile vehementi Le-
gum



gum repagulo opus erat: multæ igitur ordinatæ sunt essentia-
lēs testamentorum solennitates, ne falsitas ulla committi pos-
set: §. 4. *Inst. d. testament.* Sed nūc dicendum mihi: Clau-
dite jam rivos, pueri, sat prata biberunt. Sunt hæ pri-
mitiæ in Academiis disputationis meæ publicæ ex Jure
Justinianeo, ubi opto valdè, ut hæc bonus
bene consulat.

DEO SIT LAUS.



Ad

Præ-Eximum, Doctissimumq,

**DN. FRIDERICUM CHRISTIA-
NUM COLBIUM GOLM-SAXO-
NEM,**

Amicum & Fautorem Meum Singularem

*Cum de TESTAMENTO PER NUNCU-
PATIONEM FACTO disputaret Ipse Autor.*

Nil juvat, ignavae consumere tempora vitæ,
Obscurâq; breves condere nocte dies:
Pulcrius ingenium per aperta Theatra probatur;
In liqvidâ melius gloria luce micat.
Te memini multos meditando ducere soles,
Ut mihi sis laudis publica causa tuæ.
Eripe jam nocti vigilis fastidia noctis;
Eripe; perpetuo hinc igne nitescit honor.

PRÆSES:

Ad

Ad Clarissimum
DN. FRIDER. CHRISTIANUM COLBIUM,

Amicum & Fautorem meum

publicè

De Testamento Nuncupativo
disputantem.

VAde bonā scāvā, qvō Te Themis inclita ducit,
COLBIADE, Generis gloria magna Tui.
Cognitus ipse mihi Pater est, quem tollit ad astra
Eusebie, Golmam dum sacra verba docet.
Qui PATRUM cantem, quem munia magna celebrant,
Quem reddit clarum Nobilitatis honor?
Sic cum laude legis vestigia clara Tuorum;
Perge viam studiis Diva secunda favet.

L.M.Q. avroꝝ.
M. JOHANN. Peißcker/P.L.C.

& Scholæ Senatoriaæ Witteberg.

Rector.

Herr Kolbe zeigt uns eine Probe
Von seinem künftigen Meisterstücke/
Wir wünschen Ihm dazu viel Glücke/
Und wollen noch zu seinem Lobe/
Wenn er den guten Vorsatz wird volziehn/
Was bessers Ihm zu tichten uns bemühn.

M. Martin Stempel.

Ma-

Madrigal

S Er seine Lust in schönen Büchern suche
Vnd allen Tanz der Schädlichkeit verflucheet
Der wird dafür des Vaterlandes Nutz
Vnd seiner Freunde Schutz/
Wenn irgendwo Gefährlichkeiten streichen/
Dass er so dann durch seinen guten Rath
Vnd klugen Wit ihn an die Hand kan gehen/
Vnd so wird es umb ihn gewiss auch balde stehet/
Weil hoher Freund/ die kluge Misenhat
Den ersten Grad hierzu gewislich wird erreichen.

Melchior Stiegleder.

S Er seinen muntern Sinn und wachendes Gemüthe
Zusamt der jungen Zeit/ als seines Lebens Blüthe
Auf frene Künste lege / der holte auch den Preis
Den keiner ohne Mäh/ so leicht zu finden weis
Denn wenn der faule dort in Unverstande lieget
Vnd nichts als Ungemach/ für seine Thaten krieger/
So hat der diesen Lohn: Es wirbet ihn die Kunst
Nur lauter Gnuglichkeit und hoher Leute Kunst/
Vnd bis geehrter Freund/ wil er auch eben zeigen/
Weil sein beredter Geist muss zu den Musen freigen/
Er macht sich diesen Ruhm der schon im Schwange geht/
Dass nehmlich seine Kunst in vollem Flöhre steht.

Welches auff Begehren schuldiger maassen seinem
werthgeschätzten Freunde zu Ehren bey-
fügen wolte

Johann Gottfried Burchart.

S As muntre Seelen sind/ die achten nicht das schwiken/
Sie ellen immer fort nach des Parnassi Spitzen/
Woselbst Apollo wohnt/ daselbst muss auch ihr Sin
Nach Adlers schneller Art sich immer zwingen hin.

Go

So gehts ihm auch mein Freund/sein' edle Tugend-Sinnen
Die zwingen sich empor nach Heliconis Zinnen
Die Themis bringet schon zu seiner Tugend Lohn
Und zu beehren Ihm die wohlverdiente Krohn.

Diese geringschätzige Zeilen setze Hn. Friedrich Chrl.
slan Colben J.U. Canditato, seinem höchst schätz-
bahren Sohnen und vielgeehrten
Freunde
Johann Spicker/Lubecens,

Testamenta valent sine scriptis, Optime KOLBI,
Velle suo latō septenis testibus ore.
Non sine prudentum scriptis commenta probantur.
Sed grave cui volupe est & Apollinis Attestatum;
Addebet hunc aures, animum, omnem denique mentem
Perdiū ac pernox avidē applicuisse Camœnis,
Totos atque suos annos his esse professum,
Quod ferat hinc res - priva suum res - publica fructum.
Tunc meritò feret à millenis millibus unum
Hoc Attestatum : VOLET HICCE PER ORA SOPHORUM
Dum tu, mi KOLBI, consangvinitate propinquus,
Hoc facis, & facies, precor hinc TIBI lauta brabesia.
*His merito effigere ut debuit voluit dulcissimo
Domino Matrueli suo
JOHANNES FRIDERICUS Haupt.*

ARTE ac Marte patent æternæ Limina laudis
Sedulitas venum fecit honoris opes:
Justiniane, COLBI, qui Juris amator
Hactenus es, meritò præmia Laudis habes.
*Ita applaudit disputaturo
Michael Frid. VVintzler.*

AB:153595

X2617270

R

Vd 17



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-552182-p0036-1

DFG



28

DEO ADSPIRANTE TRIUNO:
TESTAMENTO
PER NUNCUPATIONEM
QVA TALEM, FACTO.
DISPUTATIO JURIDICA

Quam
Consensu Magnifici JCtorum Ordinis

In illustri Academia ad Albin,

PRÆSIDE,

NOBILISSIMO, AMPLISSIMO, CONSULTISSIMO
ATOVE EXCELLENTISSIMO,

VIRO

DN. JOACHIMO NERGERO,

JCto & Antecessore, Professore Pandectarum Publico,
 Curiæ Elector. Scabinatus & Facultatis Juridicæ, Ejusqve p.t. De-
 cano Spectatissimo, nec non Judicij Ducalis, qod in inferioris,
 Lusatia Marchionatu est, Affessore Gravissimo,

DN. PATRONO, FAUTORE AC PRÆCEPTO-
RE SUO IN ÆTERNUM DEVENERANDO;

exhibit

FRIDERICH CHRISTIAN KOLBE,

Golm. Saxo.

AUTOR & RESPONDENS:

Ad d. Septembr.

TIPI MATTHÆI HENCKELII, ACAD. TYPEGR.

ANNO M. D. C. LXXI.